valeo vobis dare et hoc idem  
canonica responderunt. Tunc  
iuit ad abbatem sancti bene  
dicti de monte sabbato. et ea  
dem proposuit verba coram ipso.  
Abbas vero pietatis motus  
habito consilio cum monachis  
suis operante gratia et volun  
tate diuina concessit beato fran  
cisco et fratribus suis ecclesiam  
beate marie de portuicula pro  
minori et per magis pauper  
cula ecclesia quam haberent.  
Et ait abbas beato francisco.  
Ecce frater exaudiuimus  
quod petisti. Sed si dominus  
habet vestram congregationem  
multiplicauerit volumus quod  
locus iste sit caput omnium  
fratrum et placuit sermo bea  
to francisco et cunctis fratribus  
suis et gauisus est nimis  
beatus franciscus de loco  
fratribus concessio maxime  
propter nomen ecclesie matris  
aristae. Et quia erat ita parua  
et paupercula ecclesia et etiam  
quia nominabatur de portu

cula in quo prefiguratur  
quod deberet esse caput et ma  
ter pauperum minorum fratrum  
vocabatur etiam portuicu  
la quia curia illa antiquitus  
portuicula dicebatur. Unde  
dicebat beatus franciscus  
propterea voluit dominus ut  
nulla alia ecclesia fratribus  
concederetur et quod fratres  
primi tunc etiam de nouo con  
struerent nec haberent nisi  
illam quoniam in hoc adim  
pleta fuit quedam prophete  
cia per aduentum fratrum mino  
rum. Et licet esset paupercula  
et iam destructa tamen per mag  
num tempus homines ciuitati  
assisii et totius illius curie  
habuerunt deuotionem magnam  
ad illam ecclesiam et maiorem  
habent usque hodie et cotidie  
augmentatur. Unde statim  
sicut fratres iuerunt illuc ad  
morandum quasi cotidie mul  
tiplicauerunt domus eorum  
numerum et odor fame ip  
sorum per totam vallem spole  
tanam et per multas partes  
mundi mirabiliter est dispersus.  
Antiquitus vocabatur hinc  
sancta maria de angelis  
quia sicut dicitur tantus an

gelici et secularium conuentionium  
 ad locum ~~secularium~~ illum plus quam  
 consueuerunt quod etiam fratres sunt  
 magis frigidi in oratione et  
 operibus uirtuosis et magis  
 dissoluti et ad preferendum uer-  
 ba ociosa et nouitates huius  
 seculi quam solebant. Locus ipse non  
 habetur in tanta reuerentia et  
 deuotione sicut hactenus con-  
 sueuit et sicut uellem. **Hec** cum  
 dixisset beatus franciscus **Dicitur**  
 cum magno seruoze conclusit dicens  
 uolo igitur quod ipse locus sit sem-  
 per immediate sub potestate  
 generalis ministri et serui ut  
 inde maiorem curam et sollicitudi-  
 nem habeat providendi idem  
 de bona et sancta familia. **Cle-**  
**rici** elegantur de melioribus et  
 sanctioribus et magis honestis  
 fratribus et qui sciant melius  
 officium qui sunt in tota religio-  
 ne ut non solum seculares sed  
 etiam alij fratres libenter et  
 cum magna deuotione uideant  
 et audiant eos. **De** fratribus  
 etiam laicis sanctis hominibus  
 discretis humilibus et honestis  
 eligantur qui seruiant illis.  
**Uolo** etiam quod nulla persona et  
 nullus frater intret in illum  
 locum nisi generalis minister

et fratres qui seruiant illis. **Et**  
 ipsi non loquantur cum aliqua  
 persona nisi cum fratribus qui ser-  
 uunt eis et cum ministro quan-  
 do uisitare eos. **Uolo** similiter  
 quod fratres laici qui seruiunt eis  
 teneantur nunquam eis dicere uerba  
 ociosa uel noua huius seculi  
 uel omnia quecumque non essent utili-  
 lia animabus eorum. et propterea  
 uolo specialiter quod nullus intret  
 in locum illum ut ipsi melius con-  
 seruent puritatem et sanctitatem  
 suam et quod in illo loco nichil pe-  
 nitius fiat uel dicatur multi-  
 liter sed ipse locus teneatur to-  
 tus pius et sanctus in uerbis  
 et laudibus domini. **Et** cum  
 aliquis istorum fratrum migra-  
 uerit ad dominum uolo quod  
 loco ipsius mittatur illuc alius  
 sanctus frater ubique fuerit  
 a generali ministro. **Dam-**  
**que** si alij fratres declinauerint  
 a puritate et honestate. **Uolo**  
 quod iste locus benedictus sit  
 et permaneat semper speculum  
 et bonum exemplum totius re-  
 ligionis et quodam candela-  
 brum ante thronum dei et bea-  
 tam uirginem semper ardens  
 et lucens propter quod precatur do-  
 minus pro peccatis de fratribus

aliqui

et de culpis omnium fratrum  
atque conseruet semper et pro  
tegat hac religionē et plant  
culam suam

*De humili obedientia quā ostē  
debat circa ecclesias scobando et  
purgando eas*

**Q**uodam tempore cum  
maneret apud sanctā  
mariam de portuicula et pau  
ci aduc essent fratres. Ibat le  
atus franciscus per villas  
illos et ecclesias in circuitu ci  
uitatis assisi, annūciando et  
predicando hominibus ut fa  
cerent penitenciam ad porta  
bat scobā ad scobandū eccle  
sias immundas. Nam multū  
volebat beatus franciscus quā  
vidit aliquam ecclesiam nō  
mūdā sicut volebat et sem  
per finita predicatione faciebat  
aggregare omnes sacerdotes quī  
aderant in aliquo loco remoto  
ne audiretur a secularibus et  
predicabat eis de salute anima  
rum ut essent solliciti seruā  
re mūdās ecclesias et altaria  
et omnia que p̄tinet ad diu  
ina mysteria celebranda. *De  
rustico qui inuenit eū humilit  
scobantem etiam et conuersus  
intrauit ordinē et fuit*

*Sanctus frater*

**Q**uoniam iussit ad  
quādam ecclesiam v  
nius ville ciuitatis assisi. ce  
pit cum scobare humiliter  
et mūdare et statim exiit ru  
mor de ipso p̄ totam villam.  
videbatur enim libenter ab illis  
hominibus et libencius au  
diebatur. Et autem audi  
uit hoc quidam rusticus mu  
re simplicitatis qui arabat  
in agro suo. Iohānes nomi  
ne statim iuit ad ipsum et in  
uehit eū scobantem eccle  
siam humiliter et deuote  
et ait illi da michi scobam  
quod volo te adiuuare. Et acci  
piens scobam de manibus  
eius scobauit residuum et se  
dentibus illis simul ait ille  
beato francisco. *frater iam  
est diu quod habui in volūta  
tem seruicij dei. Et maxi  
me postquam de te et tuis fratri  
bus rumorem audiui. Sed  
nesciebam quāliter ad te venire.*  
*Nunc autem postquam pla  
cuit domino ut te viderem  
Volo facere quicquid tibi pla  
cuerit. Beatus franciscus ad  
sideras eius feruorem exul  
tauit in domino maxime*

lvi

ideo

fr

34  
quia tunc paucos habe-  
bat fratres et videbatur  
sibi q̄ ppter simplicitatem  
et puritatem ipsius dēret  
esse bonus religiosus. Dix-  
it aut̄ ei frater si vis eē de  
vita et societate nr̄a opor-  
tet q̄ expties te de omni-  
bus tuis q̄ sine scandalo  
hr̄e possi et des ea paupe-  
ribus sc̄dum consiliū  
sancti euāgelij. quod illud  
idem fecerunt omnes fra-  
tres mei qui potuerunt.  
Quo audito statim iuit  
ad agrū ubi dimisit boues  
et soluit illos et dixit vnū  
eorum be. fr̄a. et dixit ei.  
frater tot annis seruiui pa-  
tri meo et oibus de domo me-  
a et licet sit parua heredi-  
tas mee volo hūc  
bouē recipe pro pte mea et  
ipsum dare pauperib; sicut  
tibi melius videbitur. Vide-  
tes aut̄ pntes eius et fratres  
sui qui erāt adhuc pui q̄  
volebat eos dimittē cepert  
omnes de domo sua tam  
fortiter lacrimari et tam  
dolorosas voces cū planctu  
emittere q̄ inde motus est  
beatus fran. ad pietatē q̄

magna familia et inbe-  
cillus erat. Et ait illis b. f.  
Parate comestione pro oī-  
bus nobis et comedamus  
oēs insimul et nolite pla-  
gere q̄ vos faciam valde  
letos. Illi aut̄ statim pa-  
uerūt et oēs simul cū maḡ  
leticia cōederunt. Post co-  
mestione vero dixit b. f.  
Iste filius v̄r̄ vult seruire  
deo et de hoc nō debetis co-  
tristari sed plurimū gau-  
dere. vobis enī tm̄ sc̄dum de-  
um sed etiam sc̄dū istud  
seculū imputatur ad mag-  
nū honorem et p̄fectū aīa-  
rum et corporū quia de car-  
ne v̄ra honoratur deus et  
omnes fratres nr̄i erunt  
v̄ri filij et fratres. et q̄ cre-  
atura dei est. et suo creato-  
ri vult seruire. cui seruire  
regnare est. nō possum n̄  
debeo ipm̄ reddē vobis sed  
vt ipso habeatis consolati-  
onem volo vt ipse exp̄t  
se vobis de isto boue tamq̄  
pauperibus licz dēret ipm̄  
dare alijs paupibus sc̄dum  
euāgelij. Et consolati sūt  
oēs in verbis b. f. et max-  
ime letati sunt de boue q̄  
redditus fuit eis. q̄ pau-  
peres erant valde. Et quia

btō. f. nimis placebat pura  
et sancta simplicitas in se. in  
alys statim induit cū pānis  
religionis et ducebat ipsū se  
cū humilitate pro soao suo. **Et**  
enī ille tante simplicitatis. q̄  
ad omnia que faciebat. b.  
f. credebat se teneri vñ qñ  
beatus. f. stabat in aliqua  
ecclesia vel in aliquo loco  
ad orandū et iste volebat  
cum videre ut actibus et  
gestibus eius se penitus cō  
formaret. Ita q̄ si. b. f. flet  
tebat genua vel leuabat  
manus ad celū vel sputa  
bat vel suspirabat. et ip̄e  
omnia similiter faciebat.  
**Cū** autem p̄pendiss̄ de hoc  
btō. f. cepit ip̄m de huius  
modi simplicitatibz cū maḡ  
leticia r̄ndere. **Cui** ille r̄ndit  
**Frater** ego promisi oīa facē  
que tu facis et ideo oportet  
me tibi in omnibz conforma  
ri. **Et** de hoc mirabatur  
et letabatur mirabiliter. b.  
fran. videns ip̄m in tanta  
puritate et simplicitate. Ip̄e  
vero postea cepit in tm̄ pro  
ficere q̄ btō. f. et alys fr̄es  
omnes de illius prof̄itione  
plurimū mirabantur. **Et**  
post modicū t̄pus mortu⁹  
est in illo sancto prof̄ectu  
virtutum. **Unde** postea

beatus fran. cum leticia  
mentis et corporis inter fra  
tres narrabat de ipsius cō  
uersatione et nominando  
ip̄m nō fratrem sed s̄ctū  
iohannem. **Qualit̄** puniuit  
seipm̄ comedendo in scutella cū  
leproso quia fecerat illi vere  
cundiam.

**R**uersus aut̄ btō. f.  
ad ecclesiā beate ma  
rie de porciuncula inuenit  
fratrem iacobū simplicem  
cum quodā leproso valde  
ulcerato. **Sibi** enī recōmē  
dauerat beatus. f. ip̄m le  
prosum et omnes alios q̄  
erat quasi medicus eorū et  
libenter vulnera eorū tan  
gebat et mūbat et curabat.  
**Nam** tūc fratres cōmorabā  
tur in hospitalibz leprosoꝝ.  
**Dixit** ergo beatus. f. fratri  
iacobo quasi arguendo eum  
**Tu** nō deberes ducere crista  
nos quia nō est honestū pro  
te nec pro illis. licet enī vel  
let q̄ seruiret ipsis tm̄ nōle  
bat q̄ extra hospitale dedu  
ceret eos qui erāt multum  
plagati quia homines cō  
sueuerant tales abhorre  
re nimis. et ip̄e frater iacob⁹  
erat ita simplex q̄ ibat cū  
eis de hospitali vsq̄ ad eccl̄iam.

sancte marie de portuincu  
 sa sicut iussit cum fratribz  
 ipsos aut leprosos vocabat  
 beatus .f. fratres cristianos  
 Et his dictis .b. f. statim re  
 phendit se credens illu lepro  
 sum fuisse veracudatu p  
 reprehensione qua fecit  
 fratri iacobo Et ideo volens  
 satisfacere deo et leproso dixit  
 culpam suam fratri petro  
 cathani q tunc erat genera  
 lis minister Et ait Volo ut  
 confirmes michi penitena  
 am qua elegi facere pro hoc  
 defectu et michi nullatenus  
 contradicas Tu respondit  
 frater fac q tibi placeat  
 Nam frater petrus tunc ve  
 nerabatur et timebat eum  
 q no presumebat contradi  
 cere sibi licet sepe inde affli  
 geretur Tunc dixit .b. f. h  
 sit penitencia mea videlicet  
 ut comedam simul in vna  
 scutella cu fratre cristiano  
 Cu igitur sederet ad mensam  
 beatus .f. cu leproso et alijs  
 fribus apposita est vna scu  
 tella int beatu .f. et leprosu  
 erat aut totus ulceratus et  
 abhominabilis et maxime  
 digitos habebat contractos  
 et sanguinolentos cu quibz  
 accepit bonu de scutella ita

ut qn ponebat illos in scu  
 tellam defluebat sanguis  
 et sanies digitoru Et videns  
 hoc frater petrus . et alij frs  
 contristati sunt valde sed  
 nichil audebant dice ppter  
 timorem et reuerenciam sci  
 patris Qui vidit hoc scrip  
 sit et testimoniu perhibet de  
 his

*Qualiter fugauit demones  
 cu verbis humilitatis*

**Q**uodam tempore iuit  
 beatus .f. ad ecclesia  
 beati petri de bonario ppe  
 castrum trenij de valle spo  
 letana Et cu eo iuit frater  
 pacificus qui in seculo voba  
 tur rex versuum nobilis et  
 curialis doctor tantorum  
 Erat aute illa ecclia dexe  
 licta Dixit ergo beatus .f.  
 fratri pacifico reuertere ad  
 hospitale leprosum qa volo  
 hac nocte hic solus mane  
 et cras summo mane re  
 uertaris ad me Cu aut  
 remansisset solus ibi et dix  
 isset completoru et alias  
 oraciones voluit quiesce  
 et dormire sed no potuit  
 Spiritus aut eius cepit  
 timere ac sentire dyabo  
 licas suggestiones et sta  
 tum exiuit de ecclesia et

*lip*

signauit se dicens Et pte dei  
omnipotentis dico vobis de  
mones. ut exerceatis circa  
corpus meum quicquid  
datum fuerit vobis a dno  
ihū cristo qm̄ sum patus  
ad omnia sustinēda Cum  
enī maior inimicus quē ha  
beo sit corpus meū vindica  
bitis me de aduersario meo  
et pessimo inimico Et statim  
suggestiones ille penitus ces  
sauerunt et reuersus ad locū  
ubi iacebat dormiuit i pace  
*De visione fr̄is pacifici qua  
vidit ⁊ audiuit sedem lucife  
ri ⁊ seruari huili b̄to fr̄a cisco.*

**M**ene autē facto reuer  
sus est ad eū frat̄ pa  
cificus. beatus. f. tunc stabat  
et coram altari in orōe Et frat̄  
pacificus expectauit ipm̄ ex  
chorū orans similiter coram  
crucifixo Et cum cepisset  
orare eleuatus est et raptus  
in celū siue in corpe siue ex  
corpus solus deus nouit Et  
vidit in celo multas sedes in  
ter quas vidit unā emine  
ntiorem alijs atq; p̄ omnibz  
gloriosam fulgentē atq; orna  
tam oī lapide p̄ioso Et ad  
mirans pulchritudinē eius  
cepit intra se cogitare cuius

esset illa sedes Et statim  
audiuit vocem dicentem  
sibi Hec sedes fuit luciferi et  
loco illius sedebit in ea fr̄a  
ciscus humilis Et cum ad  
seipm̄ redisset statim exiit  
foras ad eum beat̄ francisc̄  
ad cuius pedes statim ca  
dit ille frater in modū cru  
cis brachys cancellatis Et  
considerans eum quasi iā  
in celo in illa sede manētē  
Dixit ei Pater indulgeas  
m̄ et roga dnm̄ ut misere  
atur mei et peccata mea  
indulgeat m̄ Extendens  
autē manus beatus fran.  
eleuauit ipm̄ et cognouit  
statim q̄ aliquid in orōe vi  
disset Videbat enī totus mu  
tatus Et loquebatur ad be  
atum. f. nō quasi uiuentē  
in carne sed quasi iam res  
nantem in celo Postea q̄  
nolebat dicere visionē bea  
to fran. cepit loqui sibi  
verba quasi a longe et int̄  
illa dixit ei Quid credis de  
tempō frater. Rndet beat̄ fran.  
et ait illi. michi videtur q̄  
sum magis peccator q̄ aliq̄s  
in toto mūdo Et statim dic  
tum fuit aīe fratris pacifi  
ci In hoc potes cognoscere  
veram fuisse visionē q̄ vi



36  
disti quoniam sicut lucifer propter  
superbiam suam de illa sede  
fuit abiectus sic franciscus  
propter humilitatem suam  
mereretur exaltari et sedere  
in ea

*Qualiter se fecit trahi nudum  
cum fune ligato ad collum coram populo*

**Q**uodam autem tempore cum de  
quadam sua infirmitate  
maxima aliquantulum con-  
ualuisset visum fuit sibi quod  
habuisset aliquantulum pic-  
tanciam in illa infirmitate  
lucet parvum comedisset et ex-  
urgens quadam die cum ad  
huc non esset liberatus de fe-  
bre quartana fecit convocari  
in ipsam civitatem assisyni in  
platea ad predicacionem fini-  
tam autem predicacionem precepit  
populo ut nullus inde recederet  
donec rediret ad ipsos et in-  
tra tres episcopatus ecclesiam  
sancti rufini cum multis fra-  
tribus et fratre petro cathani qui  
fuerat canonicus eiusdem eccle-  
sie et primus generalis minister  
fuit electus a beato francisco  
Dixit eidem fratri petro Pre-  
cipiens per obedientiam ut absque  
contradictione faceret quicquid  
diceret sibi Respondit ei frater petrus  
frater nec possum nec debeo al-  
lud velle et facere de me et de

te nisi quod placet tibi Exiit  
ergo tunica sua beatus frater  
Precepit ei ut cum corda ligata  
ad collum eius traheret ipsum  
nudum coram populo usque ad locum  
ubi predicauerat. alteri autem  
fratri precepit ut acciperet unam  
scutellam plenam cinere et asse-  
deret ad locum ubi predicauerat  
et quando esset tractus ad illum  
locum puerum illum cinerem super  
vultum eius Iste tamen non obedi-  
uit sibi in hoc propter nimiam  
compassionem et pietatem qua mo-  
tus fuit super eum Sed frater pe-  
trus accipiens corda ligata  
ad collum eius traherebat ipsum  
post se sicut precepit ei Ipse autem  
plangebat fortissime et alii  
fratres cum eo lacrimas max-  
ime compassionis et amaritu-  
dinis emittebant Cumque deduc-  
tus fuisset nudus coram populo us-  
que ad locum ubi predicauerat  
dixit Vos et omnes qui meo  
exemplo seculum delinquitis  
et intrant religionem et vitam  
franciscanam. creditis me esse sanctum  
hominem. sed deo et vobis con-  
fiteor quod in ista mea infirmi-  
tate comedi carnes et brodi-  
um carnibus conditum Et  
ceperunt quasi omnes plange-  
re super ipsum pro nimia pietate  
et compassione Maxime quia

tunc erat tempus hyema-  
le et frigus valde intensū  
necdū liberatus erat a fe-  
bre quartana. Et peruenientes  
pectora sua accusabāt seip-  
sos dicentens. Si iste sanctus  
pro iusta et manifesta neces-  
sitate cū tanta verecundia  
corporis se accusat cuius vitam  
nouimus esse sanctam quē  
etiā ppter nimiam abstineciā  
et austeritatē quā fecit cor-  
pori suo ab inuicio sue conuer-  
sationis ad cristū tenuimus  
viviū in carne iā q̄si p̄morta.  
quid faciemus nos miseri q̄  
toto tpe vite nostre viximus  
et continue viuimus scdm  
desiderium carnis.

**Quo** volebat oībus esse notū  
quicquid solacionis recipiebat  
corpus eius.

**S**imuliter alio tempe  
cum in quodā heremi-  
torio comedisset in xl<sup>o</sup> sanc-  
ti martini cibaria condita cū  
lardo ppter infirmitates su-  
as quibus oleum erat ni-  
mus contrariū finita qua-  
dragesima cum p̄dicaret  
magno populo in primo ver-  
bo predicationis dixit illis  
Vos fuistis ad me credentes  
cum magna deuotione me  
esse sanctum hominē. sed deo

et vobis confiteor me in hac  
quadragesima comedisse  
cibaria cum lardo condita.  
Immo etiam quasi semper  
quādo comedebat apud ali-  
quos seculares vel fiebat si  
bi aliqua consolacio corpor-  
alis ppter infirmitates suas  
statim in domo et extra do-  
mū corā fratribz ignorātibz  
et secularibus illud dicebat  
manifeste. Talia cibaria co-  
medi. Nolebat enī occultare  
hominibus quod erat dñō  
manifestum. Simuliter ubi  
cumqz et coram quibuscuqz  
religiosis et secularibz spūs  
eius ad supbiā vel vanam  
gloriam vel ad aliquod vi-  
cium mouebatur statim  
coram illis confitebatur il-  
lud nude sine aliquo vela-  
mento. Unde semel dixit so-  
cys. taliter volo viuere in he-  
remis et in alyis locis ubi ma-  
neo qualiter si omnes hoēs  
me viderent. Si enī me esse  
putant sanctū hominē et  
nō facerem vitam que scō  
hominū esset hypocrita. Cū  
itēqz ppter infirmitatem  
splenis et stomachi frigiditatem.  
vni de consocijs q̄  
erat gardianus vellet cō-  
fiteri sub tunica ipsius al-

con-  
tut

quantulum de pelle vulpis iuxta splenem et stomachum maxime quia tunc erat magnū frigus Rūdit ei beatus fran. Si vis ut habeam sub tunica pellem vulpis facias michi poni deforis sup tunicam de illa pelle unum frustum ut omnes homines per hoc cognoscant qd habeo etiam interius pellem vulpis. Et ita fecit sibi fieri sed parū portavit eam licet valde necessaria foret ei

*Qualit' se statim accusavit de vana gloria quā habuit dā de elemosinā.*

**Q**um iret p civitate assi *hym* sy quedam vetula paupula perijt sibi amore dei elemosinam. Et ipē statim dedit ei mantellum quē habebat ad dorsum & statim sine mora confessus est corā illis qui sequebantur eum qd habuit inde vanā gloriam. Et tot exempla alia hīs similia vidimus et audimus de summa humilitate ipsius nos qui cū eo fuimus conuersati quod nec verbis nec lris possumus explicare In hoc autē pauptuū et sūmum studiū habuit beatus f. ut nō esset

ypocrita coram deo et licet sepe ppter infirmitates suas esset ei necessaria pietantia tū considerabat de se per bonū exemplum fratribus et alijs exhibē. Vn̄ patienter omnē indigentiam sustinebat ut omnem tollerēt materiam murmuris. *Qualit' descripsit Irādī statū pfecte huilitatis in seipo.*

**Q**um appropinquaret *hym* tempus capituli. dixit beatus f. sermo suo Non videtur michi qd sum frat minor nisi essem in statu quē dicā tibi Ecce fratres cū magna deuotione iuitant me ad capitulū et motus ex deuotione ipsorum vado ad capitulū cum eis Ipsi autē cōgregati rogant me ut annūciē verbū dei et predicē inter ipsos Et surgens predicō illi sicut me docuit spūs sanctus. **F**inita ergo p̄dicatione ponatur qd omnes clamēt aduersum me. **N**olumus te regnare sup nos. **N**on enī es loquēs sicut decet et es nimis simplex et idiota et verecūdamur nimis habere ita simplicem et despectum platum et sic circūnt me cum

*sup nos. Vn̄ de cetero nō psumas vocē n̄z plati*

vituperio et obprobrio. Non  
igitur videtur michi quod sum  
frater minor si eodem modo  
non gaudeo quoniam me vili-  
pendunt et cum verecundia  
eiciunt nolentes ut sim pre-  
latus eorum. sicut quoniam vene-  
rantur et honorant me eo-  
rum profectu et utilitate  
utrobique equaliter se habere  
Nam si grauius sum cum  
exaltant et honorant me  
propter profectum et deuotio-  
nem eorum ubi tamen anime mee  
periculum esse potest. Multo  
magis debes letari et iocun-  
dari de profectu et salu-  
te anime mee cum vitupe-  
rant me ubi est certum  
lucrum est.

*Qualiter voluit ire hu-  
iliter ad partes longinquas si-  
cut miserat alios fratres. Et  
qualiter docuit fratres ire humiliter  
et deuote per mundum...*

**A**nno illo in capitulo  
in quo multi fratres mis-  
si fuerunt ad quasdam prouin-  
cias ultra partes marinas  
Remanens beatus frater cum  
quibusdam fratribus dixit  
ad illos fratres charissimi  
oportet me esse formam et  
exemplum omnium fratrum  
Si ergo misi fratres ad partes  
longinquas ad tolerandum

labores et verecundiam fa-  
mem et sitim et alias ne-  
cessitates. Iustum est et humi-  
litas sancta requirit ut ego  
similiter vadam ad aliquam  
longinquam prouinciam ut frater  
magis patienter susti-  
neant aduersitates cum me  
illud idem audierint tolem-  
re. Ite ergo et orate dominum  
ut det michi eligere illam prouin-  
ciam que sit magis ad  
laudem suam et profectum a-  
nimum et nostre religionis  
bonum exemplum. Nam mos  
erat sanctissimi patris cum vel-  
let ire ad aliquam prouinciam  
orare prius dominum et mittere  
fratres ad orandum ut dominus di-  
rigeret eorum suum ad eundem illum  
ubi magis placitum erat ei.  
Fuerunt ergo fratres ad oran-  
dum et oratione finita reuersi  
sunt ad eum et statim dixit  
eis. In nomine domini nostri ihesu  
christi et gloriose virginis ma-  
tris eius et omnium sanctorum  
eligo prouinciam francie in  
qua est catholica gens. maxime  
quia inter alios catho-  
licos exhibent reuerentiam magis  
nam corpori christi quod est in  
valde estimatum propter quod cum  
illis libentissime conuersabor.  
Nam beatus frater tanta reue-  
rentiam et deuotionem in corpore

38  
cristi habebat q̄ voluit scri-  
bi in regula vt fr̄es prouin-  
cijs vbi moraretur curam et  
solicitudinē magnam ha-  
berent de hoc et admonerent  
clericos et sacerdotes vt corpus  
christi in bono et honesto loco  
reponerent quod si ip̄i negli-  
gerent fr̄es illud agerent. Vo-  
luit etiam poni in regula q̄  
vbicūq; inueniret fr̄es noīa  
dn̄i et verba illa p̄ que cōficiat  
corp̄ dn̄i nō bñ et honeste  
reposita. ip̄ia recolligeret  
et honeste reponerent hono-  
rantes dn̄m in sermonibus  
suis. Et licet hec in regula  
nō scriberentur quia m̄s-  
tris nō videbatur bonū vt  
fr̄es hec haberent in m̄nda-  
to tñ in testamēto suo et in  
alijs suis scripturis voluit  
relinquere fratribus volū-  
tatem suam de hys. p̄mo  
quodā tpe voluit mittere  
fr̄es aliquos p̄ vniuersas  
p̄uicias qui portaret ml-  
tas pixides pulchras et mū-  
das et vbicūq; inueniret cor-  
pus dn̄i inhoneste repositū  
ip̄m in illis honorifice col-  
locarent. Quosdam etiam  
alios fr̄es voluit mittere per  
vniuersas p̄uicias cū bonis  
et multis ferramētis ad fa-  
ciendū hostias bonas et mū-

das. Cumq; igitur beatus  
f. eligeret illos fr̄es quos vole-  
bat ducē secum dixit ad illos  
In noīe dn̄i ite bini et bini  
p̄ viam humiliter et honeste  
et maxime cum districto  
silencio a mane vsq; post ter-  
ciam orantes dn̄m in cordi-  
bus v̄ris et verba otiosa et  
inutilia nō nominetur in  
vobis. licet enī ambuletis  
tñ conuersatio v̄ra sit ita  
humilis et honesta sicut si ī  
heremitorio aut in cellis es-  
setis. Nam vbicūq; sumus  
et ambulamus habemus  
semp̄ cellam nobiscum. frat̄  
enī corpus ē cella n̄ra et a-  
numa heremita ē que mo-  
ratur intus in cella ad orā-  
dū dn̄m et meditandum  
de ip̄o. Vñ si aīa in quiete  
nō manserit in cella sua  
pax prodest religioso cella  
manusfacta. Cumq; pue-  
risset florentiā inuenit ibi  
dn̄m hugonē episcopum  
hostiensem qui postea fuit  
papa gregorius. Qui cum  
audisset a beato f. q̄ volebat  
ire ad fr̄iciam prohibuit  
ei vt non iret dicens frat̄  
nolo q̄ vadās ultra mōtes  
quia multi prelati sūt qui  
libenter impediunt bona  
tue religionis in curia ro-

mana. Ego aut et alij car-  
dinales q̄ ip̄am religionē  
diligim⁹ libencius p̄tegem⁹  
et adiuuabimus cam simā  
seris in circuitu istius pū-  
ae Et ait beatus f. illi Dñe  
magna verecundia est in  
cum miserum alios fr̄es me-  
os ad remotas prouincias  
si remāsero in istis prouin-  
cijs et nō ero p̄iceps tribu-  
lationū quas ip̄i p̄t̄ dñm  
sunt passuri Dixit aut̄ illi  
dñs ep̄s quasi arguendo ip̄-  
sum Cur misisti fr̄es tuos  
tam longe ad moriendum  
fame et ad tribulationes  
alias sustinendas Vñ dixit  
beatus f. cū magno seruoē  
et spiritu p̄phetie Dñe pu-  
tatis vos q̄ dñs solūmodo p̄-  
ter istas pūcias miserit fra-  
tres Deo dico vobis in ve-  
ritate q̄ dñs elegit et misit  
fr̄es p̄pter p̄fectum et salutē  
aiarum omnium hominum  
hui⁹ mūdi et nō solū in ter-  
ris fidelū sed etiam in tris  
infidelū recipientur et mul-  
tas animas lucrabūtur Et  
admiratus est dñs ep̄s hosti-  
ensis in verbis eius affirmas  
ip̄m dice veritate Et sic nō  
pmisit eū ire infrānā Sz be-  
atus f. misit illum fratrem  
p̄asiam cū multis alijs

fratribus Ip̄e vero in valle  
spoletanā reuersus est  
**Qualit̄ docuit quosdam  
fr̄es lucrari animas quorū  
latronū per humilitatem et  
caritatem**

**I**n quodam aut̄ heremu-  
torio fratru sup burgū  
sancti sepulchri veniebant  
latrones aliqui p̄pane q̄ labita-  
bant in siluis et expoliabant  
hoiēs tr̄seuntes Quidā aut̄  
fr̄es dicebant q̄ nō erat bonū  
illis dare elemosinā Ah vob̄  
ex compassione dabāt ad mo-  
uendum eos ad penitentiam  
Interim venit beatus f. ad  
locū illum quē fr̄es inuero-  
gaauerunt vtrū esset bonum  
eis dare elemosinam Et ait  
illis beatus f. Si feceritis sicut  
dixero vobis confido in dñō  
q̄ lucrabim⁹ animas illorū  
Itē ergo et acquirite de bono  
pane et de bono vino et defer-  
te illis in siluam vbi morā-  
tur et clamate dicētes fr̄es  
latrones venite ad nos quia  
fr̄es sumus et portamus vo-  
bis bonū panem et bonum  
vinū Illi statim veniēt Vos  
aut̄ extendite coaleam in ter-  
ra et desup ponite panē et  
vinū seruite humiliter et  
letanter donec mādumuerit  
Post comestione vero directis

eis de verbo dñi et finaliter  
 petatis ad amorem dei hanc  
 primam petitionem ut saluti  
 pmittat vobis qd no pauca  
 nec alicui malum faciet in  
 persona Si eni simul peteretis  
 non vos exaudirent et ipi  
 ppter humilitatem et charita  
 tem vram promittent vob  
 Altera aut die ppter bona  
 pmisionem apportate eis cu  
 pane et vino oua et caseu  
 et seruiatis eis donec come  
 derunt et post comestione  
 dicatis eis quid hic statis  
 tota die ad mouendu fame  
 et tolerandu tot aduersa et  
 cu hoc facitis tot mala vo  
 luntate et opatione pro qbz  
 pditis animas vras nisi ad  
 dnm conuertamini Meli  
 us est vt dno seruiatis et  
 ipse in hoc seculo tribuat vo  
 bis necessaria corpus et fi  
 naliter saluabit animas vras  
 Tunc eis dno inspirabit vt  
 ppter humilitatem et cha  
 ritatem vram qua illis of  
 tenderitis conuertatur. fe  
 cerunt itaqz frs oia sicut  
 eis dixit beatus f. Et ipi la  
 trones p graz et misericordi  
 am dei exaudierunt et ser  
 uauerunt de lra ad litteram  
 de puncto ad punctu oia que  
 tunc frs ab eis petierunt

humiliter. pmo ppter humi  
 litatem et familiaritatem  
 fratru circa illos ceperunt  
 et ipi fratribz humiliter  
 seruire et portantes in hu  
 meris suis ligna vsq ad he  
 remitoriu Et tande aliqui  
 ex ipis intrauerunt religio  
 ne Alij vero cofitentes pcca  
 sua egerunt penitenciam de co  
 missis pmittetes in manibz  
 fratru de cetero se velle viuere  
 de labore manuu suarum  
 et nuqz similia petare

*Quali ex verberatione demo  
 nu cognouit plus face domi  
 no q stare in locis paupculis  
 et humilibz q cu cardinalibus*

**Q**uodam tpe beatus f. iuit  
 romam vt visitaret do  
 minu hostiesem et cu stetit  
 set aliquos dies cu eo visita  
 uit etiam dnm leone cardi  
 nalem q erat bto f. valde de  
 uotus Et q tu erat temp  
 hyemale et omnino ineptu  
 ad ambulandu ppter frigus  
 et ventos et pluuias rogauit  
 eu vt diebz aliquot manet  
 cu ipso et vice vnius paupe  
 ris victu ab eo reciperet cu  
 alijs pauperibz qui in domo  
 sua cotidie comedebat Hoc  
 aut dixit quia sciebat bea  
 tu f. sp velle recipi tanq pau

*h. i. i.*

periculū ubiq; hospitare  
tur. licet dñs papa et car-  
dinales cū maxima deuo-  
tione et reuerencia ipm re-  
ciperent et venerarentur  
vt sanctū. Et adiecit Da-  
bo tibi bonā domū remotā  
vbi poteris morare et comedere  
si volueris. Tūc frater ange-  
lus cuiusdam qui erat vnus  
de duodecim primis fratri-  
bus qui etiam morabatur  
cū dicto cardinali. Dixit be-  
ato f. frat' est hic ppe quedā  
turreis spaciōsa valde et re-  
mota vbi poteris tāq; in he-  
remitorio pmanere. quā cum  
vidisset beatus f. placuit sibi  
Et reuersus ad dñm cardina-  
lem dixit ei. Dñe forsitan  
manebo apud vos p aliquos  
dies. Et gauisus est valde do-  
minus cardinalis. Fuit g'  
frat' angelus et pavit in tur-  
ri locū p beato f. et socio eius  
Et q̄a beatus f. nolēbat inde  
descendere q̄ diu maneret a-  
pud cardinalem nec vole-  
bat aliquē intrare ad ipm  
pmissit et ordinauit frater  
angelus cotidie portare sibi  
et socio victū. Cumq; iussit  
illuc beatus f. cū socio suo in  
prima nocte qm volebat ibi  
dormire venerūt demones  
et ipm fortiter verberauerūt

Et aduocās sociū suū dixit  
ei frat' verberauerūt me de-  
mones valde fortiter et ideo  
volo q; maneat iuxta me q̄  
timeo stare solus. Et nocte  
illa māsit iuxta illū socius  
eius. Nam totus tremebat  
beatus f. sicut homo qui pa-  
titur febrem. vnde p totam  
noctem vigilauerunt abo.  
Iterū dicebat beatus f. p  
socio suo. Quare verberaue-  
runt me demones et cur  
data est illis p̄tās a dño.  
notendi michi. Et ait. De-  
mones sunt castelli dñi  
nr̄i. Sicut enī potestas mit-  
tit castellū suū ad puniē-  
dum illū qui peccauit. Sic  
dñs castillos id est p̄demonēs  
qui in hoc mūdo sunt eius  
ministri quēcūq; diligit cor-  
ripit et castigat. Multos  
enī ignoranter peccat eā  
pfectus religiosus. Vñ. Cum  
nō cognoscit peccatū suū  
castigatur p̄ dyabolū vt di-  
ligenter videat et consideret  
interius et exterius ea in  
quibus offendit q̄a quos  
deus diligit de vero amore  
in hac vita nichil ex ipis  
relinquit inultū. Ego vero  
p̄ misericordiā et grām dñi  
nō cognosco me in aliquo of-  
fendisse quod p̄ confessionem



et satisfactionē non emēda  
uerim. ymo p̄ misericordiā  
suam hoc contulit in deus  
q̄ de omnibz in quibz pla  
cere vel displice sibi ualeo in  
oratione datā cognationem  
recipio. H̄z p̄t esse q̄ p̄ castal  
los suos nūc me castigauit  
qua licet dominus cardina  
lis libenter michi misericor  
diā faciat et corpi meo sicut  
necesse recipe h̄z recreationē.  
fratres mei q̄ vadūt p̄mūdū  
sustinēdo famē et multas  
tribulationes. et alij fratres  
q̄ morantur in heremitorijs  
et paup̄culis domibz cū au  
dierint q̄ maneo apud domi  
nū cardinalem poterūt ha  
bere occasionē murmurandi  
adūsum me dicentes. Nos sus  
tinemus tot aduersa. et ip̄e  
h̄z consolationes suas. Ego at  
teneor illis semp̄ dare bonū  
exemplum quia ad hoc dat  
sum eis. nā magis edificā  
tur fr̄es cū maneo in paup̄  
culis locis int̄ ip̄os q̄ in a  
lys. et magis patient̄ portāt  
tribulationes cū audiūt me  
idem etiam tolerare. Hoc ita  
p̄ fuit summū et cōtinuū  
studū p̄ris nr̄i ut in omni  
bz preberet semp̄ bonū exem  
plum et alyb̄ fratribz tollēt

40  
occasionē murmurandi de se  
Et p̄pter hoc sanus et infir  
mus tot et tanta passus est  
q̄ q̄cūq̄ fr̄es facerent sicut nos  
qui cū eo fuim⁹ usq̄ ad diē obit⁹  
eius q̄tenscūq̄ ea legarent  
vel ad memoriā reducerent  
nō possent se a lacrimis con  
tinē et omnes tribulationes  
et necessitates cū maiori pa  
tencia et gaudio sustinerēt  
Descendit ergo beatus f. sū  
mo mane de turri et uuit ad  
dñm cardinalem narrans  
ei omnia q̄ sibi acciderant  
et que contulerat cū socio su  
o. ymo etiam dixit ei. hōies  
putāt me esse sanctū homi  
nem et eae demones me de  
carre eiecerunt. Et plurimū  
letatus est cum eo dñs car  
dinalis. Verūmpt̄n quia sa  
ebat et venerabatur cū tā  
q̄ sanctum noluit cōtradice  
sibi. Postq̄ ibi noluit per  
manere. Et sic beatus f. va  
lefatiōis ei reuersus est ad he  
remitorium de fonte coluba  
rum iuxta reathe

*Qualit̄ respondit fr̄ibz vo  
lentibus ire p̄ viā sapiē et sc̄e  
sue ⁊ nō p̄ viā hūilitatis. et  
predixit eis r̄formationē ordi  
nis ad p̄mū statū*

**Q**uoniam beatus f. esset in ca / *l. p̄mū*

capitulo generali apud sanctam  
tam mariam de porciacula  
quod dictum est capitulum  
scorum. quia non erant ibi habi-  
tacula nisi de scoris et fue-  
runt. quinq; milia fratres  
q; plures fratres sapientes et sa-  
cientiati uenerunt ad hostiense  
q; erat ibidem et dixerunt ei.  
Dne volumus ut suadeas  
fratri franco q; sequitur co-  
siliu fratrum sapientium  
et pmittat se interdum dua ab-  
eis. Et allegabant regula  
sancti benedicti et augusti-  
ni et bernardi q; docent sic  
et sic uiue et ordinate. Que  
omnia cum retulisset cardina-  
lis beato f. p modum admoni-  
tionis. beatus f. nichil sibi  
respondens cepit ipsum per-  
manu et duxit eum p fratres  
congregatos in capitulo et  
sic locutus e fratrib; in fer-  
uore et uirtute spūs sancti  
fratres mei fratres mei. Dns uo-  
cauit me p uiam simplici-  
tatis et humilitatis et hanc  
uiam ostendit mi in uerita-  
te pro me et p illis q; uolunt  
mi credere et me imitari.  
Et ideo uolo ut non nominc-  
tis mi aliqua regula neq; sa-  
benedicti neq; sa augustini  
neq; sancti bernardi neq;  
aliqua uiam et forma uiue

di pte illam q; michi a dno  
est ostensa misericorditer et  
donata. Et dixit mi dns q;  
uolebat me esse unum nouel-  
lum pactum in hoc mundo  
et uos uoluit ducere p uiam  
aliam q; p ista scientiam.  
Ded p uiam scientiam et sa-  
pientiam deus uos confundet  
et ego confido in castallis dno  
q; p uos uos punit deus et  
adhuc redibitis ad uiam  
tuum cum uirtutibus uos uelitis  
nolitis. Tunc cardinalis ob-  
stupuit ualde et nichil respo-  
dit. et omnes fratres plurimi  
timuerunt

**Qualiter p sancti a p dicitur**  
**q; scia debebat esse occasio**  
**ruine ordinis et q; le prohibuit**  
**uni sororum suorum ne intende-**  
**ret studio p dicationis...**

**D**olebat plurimum be-  
tus f. si uirtute negle-  
ta q; rereetur scia inflatua-  
maxime si non in ea uocatus  
quisq; p sisset in q; uocatus a  
principio fuerit. Dicebat e-  
ni. fratres mei q; scie curio-  
te ducuntur in die tribulatio-  
nis inuenient manus suas  
uacuas. Ideo uellem eos ma-  
gis roborari uirtutibus ut cum  
tempus tribulationis uene-  
rit. secum haberent in angus-  
tia dnm. nam et uentura

est tribulatio q̄ libri ad nichilum vtilis in fenestris et lateribus p̄icietur. **N**o hoc dicebat q̄ lectio sacre scripture sibi displiceret. sed vt asupflua cura discendi retraheret vn̄iuersos. Volebat enī ip̄os potius esse charitate bonos q̄ sc̄ie curiositate saolos. **N**o derabatur etiam nō longū <sup>pa</sup> ventura in quibz iā p̄sciebat sc̄iam inflatua debere esse occasionem ruine. **V**nde quenda sociorum suoz aliqui predicationum studio nimis intentū post mortem suam apparens ei r̄ndit atqz prohibuit. **I**ussit q̄ illi magis vt sc̄deret viam humilitatis et simplicitatis incedere.

**T**pe tribulacionis future qui intrabit ordinē erunt benedicti. et q̄ erūt p̄bati erūt meliores p̄decessoribz suis.

**D**icebat beatus f. veniet tempus quo malis exemplis maloz fratru her dilcā dei religio diffamabitur ita vt pudeat ire in publicam. **Q**ui vero tūc t̄pis ad suscipiendū ordinem veniunt sola sp̄s sancti opatione ducēt. et nulla in eis macula caro et sanguis impinget. erunt q̄ vere a dño benedicti. et licet in eis nō fuerit opationes mentorie tū frugescente cha

ritate que fecit sanctos operari feruent̄ venturae sunt illis temptationes immēse et qui tpe illo inventi fuerint p̄bati erūt suis p̄decessoribus meliores. **V**e aut̄ illi qui de sola specie et apparen̄cia cōuersacionis religiose. sibi plaudentes in sua sapientia et sc̄ia cōfidentes inventi fuerint ociosi idest nō exercitantes se in opibus v̄tiosis in via crucis et penitēcie in pura obseruācia euāgelij quod ex p̄fessione tenent pure et simpliciter obseruare. **I**sti enī nō resistunt cōstanter teptationibz q̄ ad p̄bationē electoz aduenire pmittentur. q̄ vero probati fuerint et approbati accipiet coronā vite ad quā exat̄at eos iterum malicia ep̄borum.

**Q**ualit̄ respondit soao suo q̄renti quare nō corrigeret excess̄ q̄ fiebat ī ordie tpe suo.

**V**idā socius beato f. semel dixit. **D**at̄ ignosce michi que tibi volo dicē iam plures cōsiderauerunt. et ait.

**T**u scis quō olim p̄grām dei viguit in puritate p̄fectiois tota religio q̄liter omēs fr̄es cū magno feruore et sollicitudine in omnibz cōseruabant sanctā paupertatē. vide licet in piis et paup̄culis

pa

her

her

edificans et vtesilibus. in par  
uis et paupaulis libus et ves  
tibz. et sicut in hys ita et in  
omnibus alijs exterioribus  
erant vni<sup>9</sup> voluntatis et fer  
uoris in sollicitudine serua  
di oia q̄ p̄tinent ad nr̄am  
professionem et vocationē  
et exemplū omnium et sic e  
ciam erāt vnanimēs in di  
lectiōe dei et proximi tamq̄  
hoies vere apostolica et eua  
gelica. Nūc a puo tpe at̄ ce  
pit hęc puritas et p̄fectio val  
de dissimuliter variari licet  
multi dicēt et excusent fr̄es  
p̄pter multitudinē dicētes  
p̄pter hoc nō posse hęc a fr̄ibz  
obseruari. vno multi fr̄es  
ad tātam ceatatem deue  
nerunt q̄ de hys magis q̄  
de prioribus putāt edificari  
p̄lm et ad deuotionē conuer  
ti atq̄ videt̄ eis q̄ p̄t hoc ma  
gis honeste viuant despia  
entes et reputantes p̄ nichil  
lo viam sc̄e simplicitatis et  
paupertatis que fuit iniciū  
et fundamētum nr̄e religio  
nis. Vnde nos cōsiderantes  
hec credimus firmiter q̄ dis  
plicent tibi. Sed valde mi  
ramur si displicent tibi q̄re  
tu sustines et nō corrigis ea  
Respondit beatus f. et dixit  
illi. Dñs indulgeat tibi frat̄

qm̄ vis esse in cōtrariis et  
aduersariis atq̄ me impli  
care in hys q̄ nō p̄tinet ad  
officiū meū. quousq̄ enī ha  
bui p̄latiōis officii sup̄ fr̄es  
et ipsi p̄māserunt in votan  
one et professiōe sua. licet a  
principio mee cōuersionis sic  
infirmus fuerim cū mea  
ua sollicitudine satisfactiō  
is exemplo et p̄dicatiōe. H  
postq̄ cōsideraui q̄ dñs mul  
tiplicat nūm fr̄etrū et p̄  
tepiditātē et inopia spūs ī  
cipiebant declinare a via r̄m  
et secura p̄ quā cōsueuerant  
ambulare et p̄ ampliozem  
viam q̄ ducit ad mortē in  
cedentes nō attendebant vo  
cationē et professiōem suam  
et bonū exemplum nec vo  
lebant dimitte iter p̄uilo  
sum et mortiferū quod cepit  
p̄pter p̄dicatiōem et admoni  
tionē meā et exemplū meū  
quod illis cōtinue cōsideraui  
Ideo recōmendaui religionis  
p̄latiōem et regimē dñō et  
ministris. Vnde licet tpe q̄  
renūciaui officio p̄latiōis  
fr̄etrū. excusare me coram  
fr̄atribus in capitulo gene  
rali q̄ p̄t infirmitates me  
as curā de eis nō potui ha  
bere. tñ si secūdū voluntatē  
meam fr̄es vellent ambula

42

re nūc ppter ipōz cōsolatio-  
nem et utilitatem nollem  
q̄ alium ministrū habe-  
rent nisi me vsq; ad diem  
mortis mee. Ex quo enī fi-  
delis et bonus sudditus vo-  
luntate prelati sui cognos-  
cit et obseruat quā solli-  
tudine oportet hēre platu-  
de illo. pmo tm̄ gaudere de  
bonitate frat̄z ppter lucrū  
ipōrum et lucrū meū q̄ si  
incerem in lecto infirmus  
nō me piget satisfacc̄ eis.  
qua officū meū id est pla-  
tionis est spirituale tm̄ vi-  
delicet dñar vicys et ipā  
corrige spūalit̄ et emendac̄  
Postm̄ ipā corrige et emen-  
dare nō possum p̄dicatione  
et admonitione et exemplo  
nolo carnifex fieri ad puni-  
endū et flagellandū sicut  
potestates hui⁹ mūdi. Nā  
ego confido in dño q̄ inuisi-  
bi- et invisibiles q̄ sunt castal-  
li dñi ad puniendum i hoc se-  
culo et in futuro ad huc su-  
ment vindictam de illis q̄  
transgrediuntur mādata dei  
et votum p̄fessionis sue et  
facient eos corrigi ab homi-  
nibz hui⁹ seculi in imperi-  
um et verecūdiā ipōrum et  
sic reuertentur ad vocatio-  
nem et p̄fessionē suā. Verū  
tamen vsq; ad diem mortis

mee nō cessabo saltē exem-  
plo et bona opatiōe docere  
fr̄es ambulare p̄ viā quam in  
dñs ostendit quā et ego iam  
docui et ostendi verbo et ex-  
emplo ut sint inexcusabiles  
coram deo. Et ego nō teneor  
ulterius de ipis corā deo red-  
**I**ntra scripta **De vocem**  
verba frat̄ leo socius et cō-  
fessor s̄i f. scripsit fratri cō-  
rado de officia dicens ea se  
habuisse de ore beati f. q̄ i-  
dem frat̄ conradus apud  
sanctū damianū. ppe assisui  
sanctus fr̄a. stabat post tri-  
bunal ecclesie s̄e marie de  
angelis in orōe leuādo ma-  
nus in altū et  
ad  
xp̄m q̄ habet misericordiā  
de p̄plo de multa tribulatiōe q̄  
delebat euenire. Et dicit do-  
minus. si vis ut habeam mi-  
sericordiam de p̄plo xp̄iano  
fac in istud q̄ ordo tuus per-  
maneat in eo statu in quo po-  
situs est quia nō remanet in  
plus de toto mūdo. Et ego ti-  
bi p̄mitto q̄ amore tui et or-  
dinis tui nō p̄mittā mūdo  
euenire aliquam tribulatio-  
nem. Sed dico tibi q̄ ipi de-  
bēt recede ab ista via in qua  
posui eos. Et puocabūt me  
ad tantā iram q̄ ego in sur-  
gam contra eos et vocabo de-  
mones et dabo eis potestate

+ fr̄a r̄f̄e

quam voluerint et ipi tantum scandalum ponent inter eos et mundum quod nullus erit qui possit portare habitum tuum nisi per silvas et quoniam mundus prodest fidem ordinis tui non remanebit ultra lux quia posui eos in luce mundi. Et sanctus frater dixit de quo vivunt fratres mei qui habitabunt in silvis. Dixit christus. Ego pasce eos sicut pasci filios israel de manna in deserto quia isti tales erunt boni et tunc redibunt ad primum statum in quo fuit fundatus et incipit. *De orationibus et lacrimis humilium fratrum et simplicium conuertuntur anime que videntur conuerti propter sanam et predicacionem aliorum.*

(xxx)

**N**olebat pro sanctissimus frater suos esse cupidos sanam et liberos sed volebat et predicabat eis ut studeret fundari super sanctam humilitatem et imitari puram simplicitatem sanctam orationem et dominam nostram paupertatem in quibus edificauerunt sancti et primi fratres et hanc solam esse securam dicebat viam ad salutem propriam et aliorum edificacionem. quoniam christus ad cuius imitationem sumus voti

<sup>sola</sup> hanc nobis ostendit et docuit verbo et exemplo. *scilicet* enim sanctus pro futurum presuerebat cognoscebat per spiritum sanctum. Et multociens frater dicebat quod multi fratres omissione edificandi alios dimittunt vocationem suam videlicet sanctam humilitatem puram simplicitatem orationem et deuotionem atque dominam nostram paupertatem. et continget illis quod unde putabant magis imbui id est impleri deuotione et actum amore et illuminari cognitione dei propter intellectum scripture. inde occasionaliter remanebunt intus frigidi et vacui et sic ad propriam vocationem redire non poterunt. quia tempus viuendi secundum vocationem suam in vano et falso studio amiserunt. Et timeo quod id quod videbatur habere auferretur ab eis quia id quod datum erat illis id est vocationem suam tenere et imitari peritus neglexerunt. Et dicebat. Sunt multi fratres qui totum studium suum et totam sollicitudinem suam ponunt in acquirendo sanam dimittentes vocationem suam extra viam humilitatis et sancte orationis mente et corpore euagando. Cuius propter predicauerunt et noue

48  
erunt inde aliquos edificari  
vel ad penitentiam conui-  
ti inflantur et extollunt se  
de ore et lucro alieno tamquam  
de suo tamen magis in condemna-  
tione et preiudicium suum pro-  
cauerunt et nichil ibi secundum  
veritatem operati fuerunt nisi  
tamquam istinc illorum pro quos  
vere dominus huiusmodi fratrum ac-  
quisiuit. nam quos credunt per sancti-  
tatem et predicationem suam edificari  
et ad patriam conuerti. dominus ora-  
tionibus et lacrimis sanctorum pau-  
perum humilium et simplicium  
fratrum edificat et conuertit.  
licet ipsi sancti fratres ut pluri-  
mum hoc ignorent. sic enim est  
voluntas dei ut illud nesciant  
ne inde valeant superbie  
Isti sunt fratres mei milites ta-  
bule rotunde qui latitant in  
desertis et remotis locis ut  
diligentius vacent orationi  
et meditationi. sua et aliorum  
peccata plorantes viuentes sim-  
pliciter et humiliter conuersa-  
tes quorum sanctitas a deo cog-  
noscitur et aliquibus fratribus et ho-  
minibus est ignota. Horum anime  
cum ab angelis domino presentabuntur  
tunc dominus ostendet illis frater-  
tatem et laborem laborum suorum vide-  
licet multas animas que suis ex-  
emplis orationibus et lacrimis  
sunt saluate. Et dicit illi filij

mei dilecti tot et tales anime  
saluate sunt vestris orationibus  
lacrimis et exemplis. Et  
quia super pauca fuistis fide-  
les super multa vos constitu-  
am. Alii vero predicauerunt  
et laborauerunt sermoni-  
bus sapientie et scientie sue. et ego  
meritis vestris fratrum salutis  
operatus sum. Ideo suscipite  
mercedem laborum vestrorum et fratrum  
meritorum vestrorum que est reg-  
num eternum quod per humilitatis  
et simplicitatis vestre atque  
orationum et lacrimarum vestra-  
rum violentiam rapuistis.  
Dicatque isti portantes ma-  
nipulos suos id est fratres et  
et merita sancte humilitatis et  
simplicitatis sue intrabunt  
gaudium domini letantes et exul-  
tantes. Illi vero qui non cu-  
rauerunt nisi scire et alij  
viam salutis ostendere nichil  
operantes pro se ante tribu-  
nal christi stabunt nudi et  
vacui solius confusionis ve-  
recundie et doloris mani-  
pulos deferentes. Tunc veri-  
tas sancte humilitatis et sim-  
plicitatis sancteque orationis et pau-  
peritatis que est vocatio nostra  
exaltabitur glorificabitur  
et magnificabitur cui  
veritati ipsi inflati vento  
scie detraxerunt vitam et

vanus sermonibus sapien-  
cie sue dicentes ipas veritate  
esse falsitatem et tamq[ue] rea-  
cos q[ui] ambulauerunt in veri-  
tate crudeliter p[er]sequentes.  
Tunc error et falsitas opinio-  
nu[m] suaru[m] p[er] quas abulaue-  
runt q[ui]s veritate esse putave-  
runt p[er] q[ui]s in ceatatis fouca  
